legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Curiam, vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo; ad quietationem praefatam ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia patriis, simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalitatis Juris, Praescriptione termini, bello convocatione, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Lityński et Szeptycki mutuo inter se Roborant.

1667

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Hiacynthus Lityński olim Generosi Samuelis Lityński filius ab una, et Alexander Zacharias Szeptycki parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem praefatus Generosus Szeptycki suo et Generosae Evae Lityńska olim Generosi Basilij Lityński filiae, sui vero Recognoscentis Consortis legitimae pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentis

inscribit nomine sibi mutuo et invicem, Una pars alteri ac
posteris Utriusq partis, se ac suos successores, in et super bonis
suis generaliter omnibus, Summisq pecuniarijs quibusvis
habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus
Intercisam certam inter se Recognoscentes praefatamq Con:
sortem suam ratione certarum rerum et Conditionum in ea:
dem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Pre:
myslia die hodierna in actu contenta confectam conscriptam
manibus sui Recognoscentium proprijs ab Utrinq et certo:
rum amicorum ibidem specificatorum subscriptam, in omni:
bus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis clau:
sulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter Uni:
versis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter obser:
vare, omnibusq et singulis eius contentis, tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam prae:
fatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscri:
ptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam
Vicissim in toto referendo. Idq sub damnis terrestribus sim:
pliciter absq corporali iuramento taxandis et edicendis
per partem parti cum successoribus Utriusq partis ob non
Completionem Contentorum Intercisae praefatae omnium
et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus
fuerit ad solvendum succumbendis. Nihilominus is idem
suprascriptus Recognoscens Generosus Alexander Zacha:
rias Szeplicki Unus Recognoscentium se ac suos successo:
res in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis, qui:
buscunq pecuniarijs habitis et habendis suprascripto Generoso
Hyacyntho Lilynski eiusq posteris inscribit et obligat prae:
sentibus memoratam Generosam Evam Lilynska Consortem
suam legitimam, Vel in eventu mortis successores illius ad ap:
probandum per ipsam Inscriptionem praesentem Roboratoriam

Vel similem

Vel similem sui pro interesse faciendam ad Acta quaevis Authentica Regni, Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum cum personali sui Recognoscentis assistentia adducere et personaliter statuere, absq. Vel eius successoribus Ut praemissa debite exequantur efficere. Idq. sub similibus damnis Terrestribus simpliciter absq. corporali iuramento taxandis et edicendis per eundem Generosum Alexandrum Zachariam Szeptycki siue illius successores ob non statuitionem praefatae Consortis suae statuendae, Vel in euentu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad soluendum succubitis ac prout aliqua principali ex Confessionis Inscriptione praefata non Completa Complenda Citata existens memorata pars Una praemissa non tenens, siue eius posteri Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et Complentis Vel illius successorum ad officium Ipsum Castrense Capitaneale Praemisliense ex hunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, damna praefata Terrestria simpliciter absq. corporali iuramento taxanda et edicenda luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq. ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra Vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Curiam, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis

$000 +

Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq́ actiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneq́ ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, stat sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krzeminski Nanowskiemu Donat

1067 Comparens personaliter Coram officio et Actis Praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Jacobus Krzeminski Nobilis olim Alberti Krzeminski cum olim Nobili Anastazia Turzanska procreatus filius, licet corpore aeger mente tamen existens sanus a Terris Districtibusq́ Juribus Jurisdictionibusq́ suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria se Recognoscentem post utrosq́ eosdem olim Parentes suos Jure naturalis successionis Concernentia Videlicet Roly Medwiczt ze trzema pomiarkami do teyże Roli należącemi inter metas ab una Philipkowska et Parowieca subdito Nobilis Alexandri Jevlecki ab altera partibus ad granitiem Villa Smereczna sese protendentia in bonis Villa Sevlo Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacentia et consistentia, cum omni praemissorum Jure Dominio

proprietate